officio illibentius adhiberi, nullius abhinc gratiâ fidem subi-
turum, non si affinis fuerit aut frater. Pro te si quid praes-
titi non poenitet aut poenitebit, quamdiu amare me pergis
qui eruditionem tuam diligo aeque atque admirandam censeo.
Vale. Hagae 25° Jun: 1627.

C Hugenius.

Itinerarium cum epigrammate
tuo recepi et saepius elocare ampliorem
sortem velim, si vel talis usurae
spes detur.

(81).

Barlaeo.

Vix a me discesseras, Barlaee doctissime, ut oblatâ scribendi
occasione, manum calamo admovi, et parum tui memores
Britannos quâ decere visum est comi severitate compellavi:
ut scilicet quae inter illum Regem et Rempublicam nos-
tram super jure Legationis nata contentio esset, privato
saltem tibi non obstaret, cui cum Republica nihil commu-
de omni gente
vindices ac
meâ opinione
ei futures eventus
es amicorum
illuserint, quod
me concepisse
ttas. Adeo
m, id est exigu
otium publicè
contigit. Redit
bus magnorum
grinarentur suâ
non locorum
rerum, quae ab
ritissimo Legato
virorum Principum
gesta fuerint.
historia magis
minisse juvabit
iam reperisse te
n poeniteat. Vale

lteswortkio.

19a

Oleswortkio.

(88).

Siquidem fieri per Musas potest, Oldeswortki Clarissime
uti Barlei amplius nullo modo non recordemini; qualis
ille et quantus sit, recentia haec scripta ni fallor, abundè
testabuntur, quorum alterum de Equo, hoc ipso die
mirabili autor attulit. Cum verò tui etiam, et nescio
quorum aliquando promissorum Te Mercurio, ad dove ~~tuo~~
vestro perlatorum mentionem ità ferè injecisset, ut
ij solent quos arcta domi res, et illud fatale literato-
rum infortunium, tam aureorum verborum obli-
visci non sinit. Convolavi illicò ad hunc calamum
quo si quid mediante lucelli viro meritissimo obve-
nerit, scito. Oldisworthi Humanissime, nihil te
virtute tuâ affectum dignius umquam esse, nihil
affectu illo, quo et tu Musas, et ille Te complectitur.
Nihil denique cujus tibi gratia obstrictissimum
nomen haberi malim, qui cur ità pridem habear
non unam causam libentissimè agnosco. Vale
Vir Doctissime, et nos ama. Hagae Com: - - -
Maij. 1627.

C Hugenius

© Koninklijke Bibliotheek
KA 45, fol. 19a
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/353